



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 14. Henricus Busmanus Morguntinus Archiepiscopus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul.XIV. scribens, ingratum erga Supremam Se-  
A.C. 1330. dem animum ei sic exprobrabat: In gra-

<sup>n. 37.</sup>  
*Sup. lib. 91.* tiam antecessoris nostri pater tuus e-  
*J. 22. §. 30.* vectus est ad dignitatem imperatoriam.  
*I. 92. §. 1.* Reapſe vidimus, quantum contulerit Cle-  
mens V ad electionem Henrici Luxem-  
burgii. Continuantur litteræ: Atque

*Rayn. n. 38.* idem Papa Trevirensse ad solium promo-  
vit illius fratrem, tuum patruum et si per  
ætatem ac doctrinam tum non idoneum  
fatis. Hæc Papæ confessio memorabi-  
lis est. Demum minitatur Regi, se o-  
missurum laxamenta legum, aliasque er-  
*J. Vill. l. 10.* ga ipsum gratias, nisi deserat partes Lu-  
*c. 170.* dovici Bavari. At his Papæ monitis  
neglectis Rex Bohemiæ hoc anno in Ita-  
liam consentiente Ludovico venit ut Vi-  
carius Imperii.

## §. XIV.

### *Henricus Busmanus Moguntinus Archiepiscopus.*

*Rayn. 1329.* **B**alduinus Luxemburgius Archiepisco-  
pus Trevirensis tunc erat Germaniæ  
Præfulum potentissimus, utpote tres diœ-  
ceses præter suam administrans. Cum  
<sup>n. 73.</sup> Matthæus Moguntinus Archiepiscopus  
*Trith. Chr.* 10 Sept. 1328 e vita demigrasset, Papa  
*Hirſ. an. 1328* huic sedi providere voluit, cuius collatio-  
nem sibi reservaverat propter bella Ger-  
maniæ.

maniæ. Moguntini tamen Canonici e- **Sacul.XIV.**  
lecto in Archiepiscopum Gerlaco Collega **A.C.1330.**  
suo, renuebant accipere Henricum Vir-  
neburgium pariter Canonicum, qui Mo-  
guntiam venit cum Papæ diplomate lit-  
terisque commendatitiis 15 Martii anno  
1329 scriptis. Hinc nata est lis, quæ  
triennio in Romana duravit curia. Nam **Bal. to. I.**  
Canonici appellabant a nominatione **Miscel.p.145**  
Henrici, quem multorum criminum **146.**  
arguebant. Interim delato Moguntiam  
Balduino administrandam, quamdiu va-  
caret, dioœcesim, arcesque cum castellis  
tradidere. Quin etiam eum concorditer  
in Archiepiscopum postulaverant ante  
Geraci electionem.

Emichoni Spirensi Episcopo itidem  
abhinc biennium mortuo Papa suffecit  
Bertoldum Buchecium ex Ordine Teu-  
tonico: sed post anni spatium eum tran-  
stulit Argentinam: & Spirensem Eccle-  
siam, quoad careret Antistite proprio,  
administrandam Canonicorum rogatu  
Balduino commisit; sicut etiam Worma-  
tianam vacantem ab obitu Cunonis seu  
Conradi Schenecii; cum ob divisa suffra-  
gia lis in Romana curia penderet. Sic,  
inquam, Balduinus Luxemburgius erat  
Administrator quatuor dioœcesium, Tre-  
virensis, nimirum propriæ, Moguntinæ,  
Spirensis, & Wormatianæ. Ulti-  
mam reliquit anno 1330: & Gerlacus

B b 4      Sche-

**Sæcul. XIV.** Schenius Erpacensis alter competitorum  
A. C. 1330. Wormatiæ sedem obtinuit. Eodem an-

no Valeranus Comitis Veldentini filius  
juvante Balduino Spirensem cathedralm  
acepit: & Henricus Virneburgius co-  
gnomine Busmanus suam Avenione cau-  
sam tenuit, Papæ jussu consecratus Ar-  
chiepiscopus Moguntinus. Possessionem  
adiit comite Geraldo Bisturio Andega-  
vensis Ecclesiæ Decano, Papæ Nuncio  
ob id unum misso: ut docet mandatum

**Rayn. 1333.** huic impositum 30 Aprilis 1333: & Ar-  
**n. 19.** chiepiscopo Trevirensi abeundum erat.  
Administratio autem consistebat maxime  
in solvendis debitis, tuendis bonis pro-  
fanis, & impediendis usurpationibus ini-  
quis: quas ad res dexteritate maxima  
pollebat Balduinus Luxemburgius.

### §. XV.

*Michaël Cæsenas scribit Ordini  
suo.*

**M**ichaël Cæsenas prior Minorum Mi-  
nister Generalis sub præsidio Impe-  
ratores Ludovici Bavari erat Monachii:  
ubi epistolam scripsit ad universos Ordinis  
**Gold. Mon.** Fratres die Pentecostes comitia genera-  
**to. 2. p. 1236.** lia Perpiniani vel Avenione habituros.  
Scribebat autem die S. Marci 25 Aprilis  
anno 1331, & hunc in modum: Plurium  
Theolo-